Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift

136

ingenii calliditate regnabat. cum multis iam pontificibus contra religionis ...ficat dus.
ordinem imperaret. beatum desiderium nullatenus ad sue prauitatis consilium quit ...i. et sicut
inclinare. Crescente prauitatis regine odio circa pontificem dominicum. non solum ipsi ... Ecce
set et que subdite sibi plebi iniurias moliretur. iudicem quendam insuper dicta urbe consti-
tuit qui insidiarum omnium studia famulis ecclesie irrogaret. Cum igitur iudex iniquitatis
omnino de iniuriis beati desiderii intenderet. quadam uice diaboli instinctu. xii.
de seruientibus ecclesie comprehensos. carceri publico mancipauit. et cathenis in odium beati
uiri conexuit. Cumque diu non ergastulo sed obscuro detinerentur carcere. cum iam ante
multa ut diximus tempum spacia beatus seuerus ad dominum migrasset. et in basilica beati stephani
a se fundata humatus fuisset. quadam nocte carceratis illis inter cathenarum pondera dor-
mientibus. sanctus seuerus astitit medius. uincula dormientes eis depsit. foribusque reseratis cum
ipsis uinculis liberos abire precepit. Cumque nomen auctoris a quo soluti sint inquirerent.
et quis nam esset tanti miraculi patrator. beatus seuerus ita inquirentibus respondit. Unum
fratres auctorem rerum omnium benedicite. eiusque martyrem stephanum ac mee paruitatis
personam seuerum peccatorem huius operis ministrum perdiscite. Illi igitur omnibus liberi uinculis
ad basilicam beati stephani et ad sepulchrum beati seueri uenerunt. trino et ineffabili domino
liberacionis sue gratias referentes. qui eos exitiabili casu exemptos. propriae restituit habita
cioni liberatos. Hoc etiam speciale donum diuina gratia prestat petentibus ut siquis fide
ac deuocione comitante beati uiri sepulchrum expetierit. infirmitatis incomodo de
posito. optate sospitatis medicinam recipiat. Sed hec omnia domine ihesu christe ad tua referen
das mirabilia. qui ab inicio ostensus es per prophetas et nunc operaris in sanctis. ideoque tibi est gloria cum deo
patre et spiritu sancto uirtus et potestas laus et imperium et nunc et semper et in secula seculorum amen. EXPLICIT.

Tempore pii antonini imperatoris facta est persecucio christianorum Ponciani martiris ⁊ xiiii. kl. febr.
ut ydolis inmolarent. Insidiabantur infideles fidelibus. et christianum nomen
quasi inquinamento aliquod perhorrescebat. Igitur ex imperio antonini im
peratoris. directus est fabianus iudex in ciuitatem spolitanam. ut ibidem ad culturam ydo
lorum christianos homines compelleret. Cumque in eandem ciuitatem uenisset. sedit pro tribunali.
et omnem populum conuocari iussit. Cumque congregatus ad eum fuisset omnis populus. his uerbis ad
eos exorsus est dicens. Piissimus imperator antoninus direxit me in hanc ciuitatem. ut siquis
preceptum eius non obseruauerit ... idem ut ymmolet diis. capitali sentencia puniatur.
Et multi de populo consenserunt ut ...maba... ydolis sacrificarent. et multi permanserunt in fide
domini nostri ihesu christi. tolerantes mul...ut. et ad ... tas tribulationes. ut animas suas domino in mar
tyrio consecrarent. Impius uero ...s latere ... fabianus iudex multas persecuciones christianis
intulit. Et cum post eum tur... ...per christi no... ba egrederetur. ubi christianos ad sacrilegium
prouocatus erat. et multi ad pal...orum cum... mam martyrii peruenerunt. et fremebant pagani
aduersus christianos. sicut leo ...bland... querens quem deuoret. Erat quidam uir sanctus
nomine pontianus in timore ...si...nis ... dei stabilitus. qui noluit ydolis inmolare. et a ministris
comprehensus est. et ante tribunal iudicis ductus est. Tunc fabianus iudex dixit ei. Quis uocaris?
Respondit ei. Quod a parentibus meis nomen michi inpositum est pontianus uocor. maius autem nomen christianus.